



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CLXIII. Markgraf Albert von Brandenburg verleiht den Bürgern und der
Stadt Friedland im Lande Stargard den Zoll der Städte Friedland und
Neubrandenburg, am 23. April 1276.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CLXIII. Markgraf Albert von Brandenburg verleiht den Bürgern und der Stadt Friedland im Lande Stargard den Zoll der Städte Friedland und Neubrandenburg, am 23. April 1276.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Amen. Cum sepe cursu fiat temporis, ut res clara presentibus, obscura reddatur posteris et ignota, de scripture suffragio providit memorie industria sapientum. Proinde Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburg, recognoscimus, volentes etiam in publicam devenire notitiam singulorum, quod dilectis nostris Burgensibus in Fredeland, ob ipsorum preclara merita, ut ipsius amplius valeant disponere commoda civitatis, Eisdem Burgensibus et Civitati prelibate contulimus et donavimus nostrum Telonium nostrarum civitatum scilicet Fredeland et nove Brandenburg liberaliter, perpetuo habendum, eo iure, quo dicte nostre civitates utuntur, colligendum et percipiendum, et ea libertate et proprietate, qua personaliter ipsorum telonium hactenus habuimus, possidendum. Et ut nullum super premissis eisdem dubium oriatur, et a nobis et nostris heredibus et successoribus perpetuis temporibus inviolabiliter observentur, presentem paginam conscribi iussimus et Sigilli nostri munimine roborari, In evidens Testimonium et memoriam sempiternam huius rei. Testes sunt Dominus Guntherus de Reberg, Dominus Otto de Valkenberg, Dominus Fridericus de Osterwoldt et Otto de Stargard, noster Advocatus et alii plurimi fide digni. Datum Everswolde, Anno Domini MCCLXXXVI, in die beati Georgii Martyris gloriosi.

Klöver, Meckl. II, 138 und Franck, A. und N. Meckl. V, X, 67.

CLXIV. Die Markgrafen von Brandenburg, Johann, Otto und Konrad, ratificiren einen mit dem Erzbischofe von Magdeburg über die Grenzen zwischen Milow und Ratenow, und Schollene und Ratenow durch beiderseitige Commissarien geschlossenen Grenzrecess, am 19. Mai 1276.

Nos Johannes, Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, recognoscimus presentibus, publice profitentes, quod terminos super Obulam inter Milow et Ratenow, et Scolenen et Ratenow, distinctos ab honestis militibus domini nostri Archiepiscopi Magdeburgensis, videlicet Heydecone de Nigrip, et Johanne de Harderstorp, et Remberto, Advocato in Parchen, parte ex vna, et nostris vassallis, scilicet Domino Johanne de Crochere, Domino Nicolao de Ratenowe et Ottone, Advocato nostro in Ratenow, ex altera, gratos et ratos duximus observandos. In cuius rei evidens testimonium presens scriptum dari iussimus, sigilli nostri munimine consignatum. Datum Havelberg, anno Domini MCCLXXXVI^o, XIV. Kl. Junii.

Walters Singularia Magd. II, 57. Gercken's Cod. V, 82 und IV. 442. Boysen, hist. Magazin III, 37.